Petrus non sine causa, sed ex prerogativa
speciali a Domino audire meruit: Tuus
beris, Cphas, quod interpretatur caput: ut
sicut in capite sensuum plenitudo consistit,
aquis ad singula membra occultis meatibus

Quoniam Primum
§ 5 fuit B. Petrus

part aliqua tanquam a fonte uiuus deriuatur.
Sic tres fidelium ordines, in Ecclesia, Noe, Daniel,
& Job, Praelati uidelicet continentes et coniugari
quos Ezechiel uidisse legitur in uisione saluandos,
a Petro petra, Super quam non domum salus libani,
non posticum columnarum, nec domum filiae Pha-
raonis, Sed Ecclesiam suam Aedificauit Dominus
fidelibus, uelut de omni genere primum in eius
rete conclusis, tanquam a primatu primatum, qui
de fonte Domini pectoris fluente potauit, et
sua salutis debent postulare remedia, et cum
omni potentia et doctrina non contentiose uel
superbe in aliquos resistentes, a mentis sua tene-
bris dubietatis scrupulos remoueri.

¶ 6
Cui et si Paulus
restitisse dicatur
Vnus in. fuit uiri
uq. Zely, dei
animas lucradi
Nec obstat, quod asseris, si tempora locumque distinguas
Paulum Petro in faciem restitisse, cum dispensatiue
ab orthodoxis Patribus hoc factum esse legatur, dum
Petrus legem Moysaeam proficendo, Iudeos, et Pau-
lus circumcisionem euitans, totis uiribus conuen-
cere studuerit ex huiusmodi simulatione gentiles.
Alio quin et Paulum perambulantem Syriam et
Ciliciam cum peruenisset Derben et Listram, ex eo
argues quod Timotheum ex parte gentili ortum
fidelis uidue filium circumcidit. Secundo autem
et tertio, uel te uel Paulum reprehendes, qui cum
nauigasset Syriam, et cum eo essent Priscilla et Aquilla,
et caput timore Iudaeorum rotundisset in Cenchris, quia
comam quam ex uoto nutrebat, quod Nazarei qui
Secundo uocantur, iuxta praecipuum Moysi facere
consueuerant, ibidem rotundit ex lege? Si uates cari-
ssime dignitatis misterium, et auctoritatis officium
pleno

ex

pleno intellectu distinguens, et Petri & Pauli
Zelum consideres, qui animas tantum modo sitie
ebant: eos nec in morte, quos eadem fides et passio
vere fecit esse germanos, nec dum uiuerent in do
ctrina inuenies huius discordes.

§. 7. Licet enim Petrus pro dure. ceruicis Iudaeis,
& Paulus pro gentili populo, lae paruulis, & escam
prouectis exhibens, diuersis linguis, et uerbis labo
rarent, cum iam plenitudo temporis aduenisset, unū
Dñi, unam fidem, unū baptisma, et alios fidei articulos
quendam gratiam sibi collata a Domino, in unum eodēq;
spiritu predicauit uterq;

Una doctrina una
fides et unū Bap^t
isma.

§. 8. Fuit enim Paulus ex uerbo Dñi, Petri & ceteris
Apostolis uniuersaliter sic dicentis: Quorum remisissent
peccata remittantur eis, et retinueritis retenta sunt,
cum Petro mysterium dignitatis exercens & ex uerbis
eiusdem auctoritatis, singulariter Petro propositis:
Quodcumq; ligaueris super terram, erit ligatum super
caelis, et quodcumq; solueris super terram, erit solutum
et in caelis, in Petro auctoritatis officium recognoscens,
et ideo ad eum tanquam primatem et Euangeli Dñi
fontem ueni Hierosolyma, et post modum cum ipso &
aliis secundum reuelationem contulit Euangelium,
ne in uacuo currueret uel etiam cucurrisset.

Paulus ipse Petri
primatem recognoscit

§. 9. Quod iterum ex uerbo Dñi confirmatur, cum soli
Petro, si frater suus in se peccauerit, non tantū septies,
sed etiam septuagies septies praecipitur dimittendum,
ipsi soli oues suas indistincte committentes, qui tam
speciali miraculorum uirtute pollebat, quod pes plateas
in lectulis & grabatis positi ad umbram eius sanabatur
infirmi.

Cuius Primati uentus
multiplex probatur

Cuius auctoritas ex eiusdem Domini uerbis expressius
roboratur, cum sibi soli dictum est: Duce in altum
et pluraliter sub infertur: *Laxate retia in capturas*
Si ergo Petrus propter excellentiam fidei, qua in
uno Christo duas naturas ueraciter recognoscit, cum di-
xit: Tu es Christus Filius Dei uiui, Clauis regni caelestis in
terris tibi deditur, cum unus sit Dominus, una fides
unus baptisma, unum principium, unum corpus Ecclesie
militantis, et corpus cum pluribus capitibus monstru-
osum, et sine capite accephalum conferretur.

Succesor ergo Petri caput
est Ecclesie, ad cuius
omni quæstio est referenda

§. 10. Restat ut ad regimen generalis Ecclesie, quæ ipse
cum Paulo, et ceteris agentibus, Graecis, Latinis, Bar-
baris, congregauit, caput eiusdem, suusque Dominus per ea
quæ premissa sunt, manifeste ostendat successorum.
Preuidens autem Dominus, quod Ecclesia Dei conculeretur
a tyrannis, laniaretur ab hereticis, et a schismaticis
scinderetur, ait: Pro te rogaui Petre, ut non deficiat
fides tua, et tu aliquando conuersus confirma fratres
tuos. Ex quo colligitur euidenter, quod ad sedem Petri
omnis sit quæstio fidei referenda.

Ac in unione, cui
Graeci dissenserunt
in acerbissimum
seruitutis iugum
lappi sunt.

§. 11. Sed quos dolentes referimus, ut a Epistole
tua uerbis utamur, presumptuose quidem non per manus
militum, sed Ecclesiasticarum personarum sensus, Veni
Joseph Galanis tunica et in consutibus est passa suspiria.
Sed quis sciderit uideatur, cum enim Graecorum Ec-
clesia a Romana sedis unitate recessit, statim privilegio
cauit Ecclesiastica libertatis, et quæ fuerat libera,
facta est seculari potestatis ancilla, ut iusto Dei
iudicio, quæ noluit diuinum recognoscere in Petro
primatum, tolleret in uita seculari dominium.
Sub quo

Sub quo non modica contemneris, paulatim decidens,
fidem in formam posiciens, et a fraterna caritate repe-
rens, licentius per campum licentiae non reprobate
discurrit, ut sine alicuius reprehensione, licitum
sub illicito pillaret, et a templo Petri recedens
a Domino quasi attritum foris eicitur, quod uirga
sua Ioannes prohibente Dno non meretur, Quoniam
datam est illud gentibus, et hoc iam cognoscis ui-
sibiliter consummatum.

§. 12 Quod Samaria, quae a templo Dni, et a Iuda
a uera fidei Confessione recedens, facta Idolatra
praefigurans, bellorum cladibus continuatis attrita,
et peccatorum grauata pondere, licet Elias et Elieus
tamquam magna luminaria ibi uelut in loco caliginoso
refulserint, data est gentibus, proiecta foris in ultionem
fornicationis et idolatriae, quibus se a domino separauit.

Samaria id est Eueris

§. 13 Quod si Paulum Praetorum Ecclesia si habere
proponit, exhibeat, uel a successore Petri, et Vicario
Iesu Christi, in exhibitum recognoscat in Apostolo-
rum Basilica, quae a constantino Constructa est,
cum Petro exhibitum recognoscat. Officij etiam
notauit mysterium, licet litens, quasi sub forma
reprehensionis insertum fuerit, quod Petrus ab ostia-
niter commotus, ad Galli eantem excitatus, factus
est ostianus paradisi, ut uidelicet qui praeside de-
buerat, patisceret et compati, et ex auctoritatis
officio cuius dictum est, singulariter, pasce,
et non pascite, oues meas, non alienas, ad succe-

Etsi Petrus parauit
id Deus permisit ut
alios pati et compati
sciret ab errantes

Stony

transmisso ueri pastoris exemplo, subditorum excessus
ad unitatem Ecclesie redeuntium, in spiritu lenitatis
corrigeret, et cultum Christiani nominis sponte pro
fesos, ab Ecclesia oberrantes, exigente contumacia,
iuxta uerbum Apostoli, radendo huiusmodi sarana
in interitum carnis, ad ouile redueret uel in uitos.

Hortor ego et *Patris*
reflex ut Ecclesia
Romana caput et
Magistra agnoscat d. 14. Si uero Ex compassionis affectu ad Apostolicam
sedis primatem et iudicem, tamquam uerus Israelita
reueruis, et super Confessione Ioseph de fissura tunica
in consuetis, nota sunt tua pietatis uiscera, passioni
tua compatimur, et dolori tuo cum Apostolo condolemus
eius ad gratias asurgimus, qui aperuit oculos cecis nati
humiliter postulantes, ut qui per collitium ex felle
piscis, Tobie illuminauit oculos, Ecclesie Græcorum
Corda cum tuo illuminet, et nostris tuisq; temporibus
ad unum ouile, unumq; pastorem providentia diui
na reducat. Libram igitur de quo dictum est Iohanni
in Apocalypsi. Accipe frater carissime, ac deuota
illum, et si amaricare faciat uentrem tuum, propter
Contumaciam aculeos qui in principio pungunt,
tamen in ore tuo erit dulcis tamquam mel, cum Iosus
Confessionis ad uenit dulcis ad infra mellis, iuxta uer
bum sponsi dicentis Incanticijs: Sonet uox tua in auribus
meis, uox tua dulcis, et tua prudentia Consuetudinem
sine aliqua Superstitione regira, et illuminatus in
uenies, quod Ecclesia Romana, que omnium Ecclesi
arum caput est et magistra, in speculo atq; pro
posito, Euangelij uidelicet, et Epistolarum, et doctri
na aliorum Doctorum, nihil contrarium inuenit,

quod interpretatiue uel dispensatiue secundum sta-
 tuta sanctorum Patrum in unitate fidei, et spiritus
 non concordet. In cuius libri aperi-tione inuenies, quod
 Romanus Pontifex omnibus omnia factus, ut omnes
 salui fiat, non turpis lucii causa, uel uoluntarie,
 sed a patribus suis diuina inspiratione uocatus, statim
 seruus seruorum dei effectus, munus pro fratribus et
 episcopis suis, eorumque, subditis contra hereticos,
 schismaticos, et tirannos, ad tuitionem Ecclesiasticae
 libertatis ac cum suis fratribus se opponit. Et licet aliqui
 latenter subre-pant, publice tamen quasi ab omnibus
 incursibus mede-rnis temporibus, Ecclesia Romana respicit.

§. 15. Sed si Praecorum Ecclesia patienter sustineat, ut malum remissum
 tuis uerbis utamur, Verba que mordeant, praeter ani-
 mam pericula que ex eorum scissura prouenerunt, ^{Grati ob scissura}
 hactenus et proueniunt; Satis eis uexatio dedisse debu-
 erat intellectum, in quorum manibus ordo Ecclesiasticus
 per aduersas orientis nationes in diuersa partitus
 confunditur, Ecclesiastica libertas deprimitur, et sacer-
 dotalis dignitas conculcatur, nec est qui consolatur
 eam ex omnibus caris eius, quia tanquam acephali ad
 caput Ecclesia recurrere contempserunt.

§. 16. Reuertere igitur Sunamitis, reuertere reuertere
 ut in te amur te, quia tunc uertere poterit frater a
 fratre iuuari, Si filius, qui omnia consumpsit dissolu-
 te uiuendo, a Domino inspiratus surgat, et dicat:
 Pater peccavi in caelum, et coram te, iam non sum
 dignus uocari filius tuus, fac me sicut unum de
 mercenarijs tuis. Tunc enim Pater non mercenarius
 sed

Gratiter eundem
 ad moerit, ut ad
 Ecclesiae gremium
 reuertatur

Sed ut filio reuertendi occurrens, primam solum profo-
 rit, occiderit Vitulum saginatum, et generale conuiuium
 faciens, uniuersis Asti fidelibus cum exultatione
 annunciat et gaudio, quod et frater, et filius qui
 mortuus fuerat iam uenit, et dracma, que pe-
 rat est in uenta, et sic te in gremio matris Ecclesie
 cum honore recepto, Veritatem manifeste uidebis
 in speculo puritatis, quam Ecclesia latina seruat
 in fidei unitate, que non recipit maculam, neque

D. P. A. 6 die iugam.
 26 Julij.

Dat: Reat. 7. Kal. Augus: Anno sexto

Sequitur altera ad eundem Epistola.

Elita A. D.
 1223

GREGORIUS EPISCOPUS
 Seruus Seruorum Dei. Venerabili fratri Archiepiscopo
 Græcorum, salutem et Apostolicam benedictionem.

Exordium

Cum iuxta testimonium Veritatis, scissio sit errorum ignouantia
 scripturam, cunctis expedit illas legere, uel audire quia quæ
 in eis inspiratis diuina reposita sunt per doctrina sequentium ad
 cautelam trahere uoluit modernorum.

Signa schismatis
 Græcorum ac multitudine
 in iherosolymis

S. 1. Sane sub Ierobam qui peccator fecit, ut legitur, Israelom
 præsumpta diuisio tribuum patenter signat schisma Græcorum;
 et multitudo abominationum samaritanæ, diuersas hæreses multi-
 tudinis aueruatione ueni Templi Domini, Romanæ uide licet Ecclesie
 ueritate separate. quod Chrysostomus, Nazyanzenus, magnus Ba-
 silius, et Cyrillus emicuerint in cetera dissentientium, eadem fuit
 cælestis altitudo consilij, qua degen uoluit inter idolatras, Heliam
 Helisum, et filias prophetarum.

Explicatio de uero
 gladio Ecclesie, et
 eius usus

S. 2. Nunc igitur quia in aliis literis, quas dudum tibi remisimus
 latius hæc et alias auctoritatum et rationum, que pro Romana
 primatu Ecclesie faciunt, materias explicamus, illud tantum adiungo
 quod utrumque gladium ad Romanum pertinet pontificem, ex
 Evangelica lectione tenemus. Et Enim loquente Ihu discipulis
 de acquisitione

de acquisitione gladii spiritualis, illi duos ibi positos ostende
 runt, quos Dominus dixit sufficere, ad prohibitionem uidelicet
 spiritualis, et corporalis offensa. Si materiale gladium peri
 nero concedis ad potentiam temporalem; atende quod in
 Matthei Euangelio Dominus dicit Petro: Converte gladium tuum
 in locum suum, dicendo tuum materiale signavit gladium,
 quo percussit ille servum principis sacerdotum. De spirituali
 mini venit in dubium, cum ei, id est Petro, pescicibusdam
 specialitatis apicem, ligandi et solvendi commiserit potestatem.
 Utroq; igitur gladius Ecclesie traditur, sed ab Ecclesia exer
 cendus est unus, alius pro Ecclesia manu seculari princi
 pis exercendus, unus a sacerdote, alius ad natum sacerdotis
 administrandus a milite. Propter hoc ergo et alia, qua post
 diligentem veritatis indaginem, ordinatam te sentire faciat
 caritatem, satans presentium, Hugonem, et Petrum de Pra
 dicatorum; Aymonem et Rodolphum de minorum ordinibus
 fratres, viros uirtute, religione conspicuos, morum honestate
 praclaros, et scripturarum sacrarum scientia praeditos,
 iuxta quod tibi per memoratas literas in timore curavimus
 ad te duximus destinandos, ut si cum eis de omnibus, quae in
 quaestione ueniunt, tractare fideliter, et serualiter conser
 uerent; in vota, quae infra votam Ezechiei ostensa est,
 Vorem potius audire tonitruum, et in mari vitro speculari, quod
 unus Adam collocatus ad opus, et custodiam Paradisi,
 unam est sortitus uxorem, unum Dominum Iddum (Abraham)
 in iustitia, et ueritatis sanctitate creatum, et unicum
 spontam eius Ecclesiam praefigurans, quod lameos, qui hu
 miliatum sonat, dum uxorem unam diuisit in duas,
 sanguinarius factus est, et uinum in suum uulnus occi
 dit, quod alia praeter unam, arca non legitur, quae cuncta ua
 stante diluuiis sub unius Patriarchae regimini potentata,
 paucas animas sub perfectionis numero reseruit, quod
 legem Duij secundo dedit, non alteram, sed eandem
 quod duorum Cherubim, qui propitiatorium obtinebant

non aliorum uersi, sed respicientes erant aultus ad ueni
Et unam Joseph tunicam fuisse calarem, et nostri salua
roni in consuetudinem uentem unam.

Et de Diversitate
circa sacramenta
Eucharistiae

§. 3. Verum tamen si dubietatis sensum circa Eucharistiae
Eucharistiae sacramentum, ueteres diuersus a nostro ritus
inducit, attende, quod non sit aliud, nec diuersum
unius Domini Iesu Christi panis in assumpta propter nos
carne passibilis, potest sicut amara sic ab omni passibili
tate proflus immunis, a Graecis pariter et Latinis nostris sa
lutis mysterium frequentatur. Gradus ad fidem cum
discipulo iunior praecurrens, et tanta gratia non ingratis
illius dignationis, qua Deus compassus misericordiam huma
nam uoluit esse passibilis, elegens quotidie remissio ho
stiam offerri constituit fermentatam, ut Apostolus dicit
re, quod ex fermento massa corrumpitur in fermento for
mationis, cui ante resurrectionem Corpus Domini
subiacere potuit, ostendatur. Latinis uero cum Petro
Seniore secutus littera monumentum, de qua procedit
spiritualis sensus, prior introiit, et ante anima posita
qua sacrosanctum Corpus, quod Ecclesiam signat, in
uoluerant, separatumque. Sudarium quod fuerat super
caput aspexit, sacramentum glorificati Corporis celebra
re misericentius panis sinceritatis elegit. Sed utique
Panis simplex ante sacrificium panis est. Transub
stantiatione uero facta per uerba Domini, panis
non est, et ideo nec fermentatus, nec azimus dici
potest. Sed illi potius creditur esse Panis uiuus, qui
descendit de caelo, et tribuit uitam mundo. Haec et
his similia docuit Petri sedem unctio Spiritus, et
sanitas intellectus.

Horatio ad uni
tatem amplectenda

§. 4. Vinam et tu tandem aliquando iuniorum discipulum,
qui uidit et credidit securus in tuo eas, ut omnibus
intellectis

intellectis nobiscum vere psallas illud Davidicum.
Ecce quam bonum, et quam iucundum, habitare fratres
in unum.

Dat. Laterani 15. Kal. Junij, Pontificatus nostri Anno
Septimo.

D. P. A. 7. die
18. Maij.

~~Damnatio et Excommunicatio Michaelis
his Palaestoyi Imperatoris ab Ecclia Rom.
dividentij. Idem quod si idem Imp. d. p. i.
d. h. s. sed que Cui Legimus ad obedi. Regi
x. rediens~~

2 die 4to
- Warking the d. i. p.?
- Pont. Ann. 1281.

Damnatio et Excommunicatio Michaelis
Palaestoyi Imperatoris ab Ecclia Rom. d. p. i.

Indignus si d. p. i.
d. d. h. s. sed que Cui
Legimus ad obedi.
Regi x. rediens ut
videre e. i. p. i. p. i. p. i. p. i.
d. h. s. Cui Legimus.
Tunc Cui Legimus.
Exulans in Ecclia.
Et quoniam reliquos.

Edm. A. 1281. **MARTINUS** Epi. & copus
Servus Servorum Dei. ad certitudinem presentium
et memoriam futurorum

Excommunicatio Impe
ratoris

§. 1. Michaelen Palaologum, qui Graecorum Imperator
nominatur, tamquam eorundem Graecorum Antiquorum
Schismaticorum et in antiquo Schismate constitutorum, et
per hoc haereticorum, nec non et haereticorum, ac schisma
tis antiqui fauctorem, de fratrum nostrorum Consilio denunci
amus presente fidelium multitudinem copiosa, excommu
nicationis sententiam latam a Canone incurrisse, ac ipsius
fore sententiae vinculis inndatum

§. 2. Ceterum Vniuersis, et singulis Regibus, Principibus
Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, et ceteris
omnibus cuiuscumq; sint preminentie, conditionis aut
status, nec non uniuersitatibus Ciuitatum, Castrorum, et
aliorum locorum, districtius in hibemus, necum eodem
Michaeli Palaologo in huius modi excommunicatione
manente, Societatem uel confederationem aliquam con
trahere, sub quouis ingenio, uel machinatione praesumant,
uel etiam ei alias in his pro quibus excommunicatus est

Prohibitis ei quando
liber fuerunt

denunciatas a nobis, prestare Consilium, auxilium, uel fa-
uorem, publicam uel occultam.

Penam Promulgatio
in Contrauenientes

§. 3. Et si seus presumptum fuerit omnes singulares
pejoras Contrarium facientes, non obstante qualibet in
dulgencia sub quacumque forma uerborum, uel expressi-
one ipsis ab Apostolica Sede concessa, uel in postem
concedenda, quam quo ad hoc uiribus adimus omnino ca-
uere, Sententiam excommunicationis, quam ex nunc in
ipso ferimus, uolumus in curam ipso facto. Terras
autem ipsorum nec non uniuersitates predictas, quae seuis
attentare presumpserint, prout expedire uiderimus,
Ecclesiasticis subijcere curabimus interdicto ad privacionem
omnium bonorum, quae a quibuslibet tenentur in Ecclesijs,
et ad penas alias spirituales, et temporales, prout
utile putabimus processuri, et nihilominus Societates
Confederationum ipsas, etiamsi penarum et Iuramenti
adiectio, uel quacumque, fuerint alia firmitate uellata
decernimus irritas, et in ares.

Jussio hac Sanctione
publicandi

§. 4. Ut autem huiusmodi notus processus ad communem
omnium notitiam deducatur, chartas siue membranas pro-
cessum continentes eundem, in maiori Vibeuctana Ecclesie
appendi, uel affigi ostijs, seu Supersoliminariis facie-
mus, quae processum ipsum quasi sonoro praconio, et pa-
nulo in dicio publicabunt: ita quod idem Palaeologus,
et alij contra quos processus ipse contigit, nullam possint
post modum excusationem praetendere, quod ad eos talis
processus non peruenit, uel quod ignorauerint eum
dem, cum non sit uenisimile remanere quoad ipsos in
cognitum uel occultum, quod tam patenter omnibus publicat.

Dat. P. A. J.
die 18 Noue:

Actum apud urbem Veterem, in starea dicte Maioris Ecclesie, in festo
Dedicationis Basilice Principis Apostol. Pont. nostri Annosimo.

~~De S. R. E. Cardinalis dignitate, ac
de iudicij, sententia, & officio~~

Translati Smilij Coni. Bepheas ad Civitatem
Ferris in Provincia Lombardie.

Constituta à Martino V. indies ab ce-
tera Romae exord. ad Civitatem Florenti in
Provincia Helvetic ab optime Pontificis huius
ut ab ipso sit.

Coni. Bepheas ab ipso decessit, et postea
supra di. diploma, et huiusmodi, q. in ad hunc
ut Pontifex redeuntes ab ipso fecit. de q.
V. Nov. 1437. & Bepheas.

EVG & NIVS Episcopus

servus servorum Dei. Ad Resmanime
moriam

Edita A. D. 1437

Magnus omnipotenti Deo gratias oportet nos agere, qui Deus Ecclesiam suam
antiquarum suarum misericordiarum non in memoriam fluctuare sed non
suam solentius reddidit ampliorum. Quam quidem esse laborare mergi permittit
multisq. tempestatibus fluctuare permittit, nunquam tamen
sub mergi patitur, neque a fluctibus, et magnis affibus maris
reservat, et pro suo erga genus humanum amore, inter multos
et varios casus, et calamitates, Viventem semper fovet, ac magis
vigentem reddit.

S. 1. Ecce enim orientales, et occidentales populi iam diu
inter se dissidentes, atque disjuncti, ad pacem adq. concinnatione
convenire festinant. Quippe qua discordes iam, et inimici,
 tandem post multos annos, favente Deo, ex quo omne datum
 bonum, sancto concinnationis desiderio affecti, in hunc sonue
 nere locum. Nostra igitur servitatis, ac totius Ecclesie
 opera est, et esse curamus, tentare prouidibus ut hæc princi
 pia tam felicia, studio nostro ita felicem exitum con
 sequantur, ut Dei gratia cooperatores esse, diciq. mereantur.

Idem Orientales et
Occidentales populi in
se dissidentes ad
Concilium serratiense
conveniant.

S. 2. Cum itaq. dilectissimus filius Ioannes Paleologus
Constantinopolitanus Imperator, Una cum pijsimo fratre
nostro Iosepho Patriarcha Constantinopolitano, nec non
ceterorum

Imperatorum
etiam imperatorum

Ceterorum Patriarcham legatis, ac multis amplissimis Me-
ropolitanis, et Episcopis, ac alijs ordinibus Ecclesiasticis,
et iuris nobilibus ad Octauum diem proximi mensis Februarij
Venerias ad uenirent, nobis id, quod alijs etiam ex Loujana
seerat Continuo literis suis significauit, se quibusdam de
causis non alienis, ratione Basileam, ubi Synodus celebra-
da erat, ire non posse, id que his qui ibi iam essent scripsisse
notamq; fecisse, uolens propterea, et contendens, ut ipsa Syno-
dus huc Ferrariam transferretur, et hic tam pium negotium concluderet.

Papae ipse illud
transcribit ad futuram
Ferrariam

S. 3. Nos igitur quibus sancta Christianorum Coniunctio sodi-
miram in modum est, quia ipsam celerrime conficere cupimus,
decretum Basileen. Concilij de celebrando generali Concilio
Indicis uolentibus promulgatum, ac editum, et a nobis postea
Bononiae presentibus ipsius Imperatoris, ac Patriarchae
Oratoribus susceptum, et approbatum, quod ad praesens
sancto Coniunctionis negotium spectent, pronostria seruitute
uolentes exequi ut debemus, et sapientes ipsum ad conclusio-
nem perducere, omni modo, et forma quibus possumus, et de-
bemus, presentibus, et consentientibus Imperatore, ac Patriar-
cha, et ceteris hic ad celebrandum Synodum congregatis,
notum facimus, et declaramus praedictam Synodum hic Ferrariam
Qui quidem locus liber et tutus est, celebrandam esse, et sic ab
omnibus existimari, ac dici debere, sperantes hic absq; di-
scordia, et contentione, aliaue merita, sed potius amore
summo, diuinam ipsam pacem, et cetera sancta opera,
pro quibus Synodus conuocatur, tractari, Deo placato
ac fauente feliciter confici posse.

Dat. P. An. 9. April.

Dat. Ferrariae die 9. Mensis April. 1437. Pont. nostri Anno 7.

De S. L. E. Cardinalis dignitate, et eiusdem
sacris dignitatibus praestantiori

Alia quae plura de materia Cardinalis, indicabit tibi
in conspectu. 5o Six. V. Postquam.

EUGENIVS EPISCOPVS

Servus servorum Dei. Venerabili viro magistro Henrico
Archiepiscopo Cantuariensi et.

Non mediocri dolore afficimur, cum inter fratres nostros Episcopos, seu alios Ecclesiasticos, dissidii aliquid exortum esse percipimus, tum propter malum, quod inde in populis exemplum conuenit, tum quia contemptus et detractionis praebet occasio.

Exordium Admiratum Pontifex hic de questione
more ab archiepiscopo
Cantuariense super
praesidentia (sub anno
11. S. Balbini Duxit
Car.

S. I. Proinde non parum audisse displicuit dissen-
sionem illam, quam cum dilecto filio nostro Joanne tit.

S. Balbini presbytero Cardinali nupes tua fraternitas
habuit, cum noua et in solita res ipsa sit, quae nunc
attolatur. In primis autem admiramur satis cupere
14 Annos, et amplius cum dilecto filio nostro Henrico

tit. S. Eusebii presbytero Cardinali in sedendo, et in
ferendis uotis sine altercatione uixeri, et nullam
secum super hoc prorsus habueris dirceptionem quid causa

sit, quod nunc primum in contentionem uenias cum ipso
Joanne Cardinali eadem praedito dignitate. Hec quidem
generis regij exga ipsum Henricum ratio praetendipote

quoniam et antequam Cardinalatus ipsam fore dignita-
tem adeptus, duntaxat existens Vintonienses Episcopus, et
uocis, et loco tibi cedebat, postea autem quam in Card.
per fel. rec. Martinum praedecessorem nostrum assumpsit
est, iure tibi, et alijs ante positus fuit, et nunc ante
ponitur. Quod si sola Cardinalatus dignitas hanc in
alio praedationem operata est, (ut in isto etidem
non

non efficiet. Cum tamen ipse Archid. Episcopus, ille Episcopus
obtinere dignitatem, et illius Ecclesia tua sit Suffraga
nea, istius vero nullo iure subiecta.

Eiusdem tenet
Submissionem de
gratendo iudicio
Sedis Apostolicæ

§. 2. Illud autem de te nobis placuit ac laudamus,
quod in tua protestatione sine sub his uerbis addidisti,
quod scilicet per pramissa, aut aliquid peste factam, aut
dictam, et habitum, seu faciendum, dicendum, uel haben
dum, non intendis sacrosanctam Romanam Ecclesiam Mater
tuam, seu iuramentum tuum eidem prestitum, aut Venerabile
cæcum eiusdem Ecclesie Cardinalium, aliquemue eorum
in aliquo offendere, aut alicui honori, priuilegio, prero
gatiue, seu dignitati, praeinentie, aut alicui honori
alteri iniuri eorum, in aliquo derogare, seu iuramento
tuo in aliquo contraire, sed quod eadem sacrosanctam Ro
manam Ecclesiam cum honoribus suis omnibus priuilegijs
prerogatiuis, dignitatibus, praeinentijs, gratijs, et alijs
iuris suis quibuscumque, cum omni reuerentia manutenebis
ac defendes, et ab alijs, manuteneri, et defendi procura
bis. Per hoc plane innuere uideris sic hoc sit Romana
Ecclesie Cardinalium ius, ut reliquis antecedant Ecclesie
gradus, quod nobis in lite mota persistere, immo Apostolicæ
Sedis sacro iudicio, cuius inter alia priuilegia, que manu
et defendere potestatis, hoc etiam est ut de quibuscumque am
biguis questionibus, que in Dei Ecclesia decidunt, uelut
iudicare, et sua auctoritate finem imponere quamquam
longe fuisset decentius ante motam controversiam Sedem
Apostolicam consulere.

Cardinalatus itaq; digni
tatem et in Ecdi
sua sublimior digno
sua affirmat ex multis

§. 3. Quantum autem hæc Cardinalatus dignitas sit
sublimis, et alius excellentior, et ita hætenus in Ecclesia
reputata, si eius officium, ac sanctorum Patrum præcepta
et consuetudinem tam apud hanc Sedem, quam generalia
Concilia semper obseruatam, sciueris diligenter, et ueritate
tibi innoterit.

§. 4. Quippe et si huius dignitatis nomen quod modo in B. Petro eiusque officium
 usu est ab initio primitiuae Ecclesiae non ita expressum fuit, officium tamen ipsum à B. Petro, eiusque Successo-
 ribus institutum euidenter inuenies. Immo, ut inquit
 Innocentius Tertius ex veteri Testamento iussu Dei vixit
 originem, asserit enim id quod Deuteronom. 17. dicitur, ut
 pro difficultate, et ambiguis arte Iudicij accedatur ad Sacer-
 dotes Leuitici generis, et iudicem, qui fuerit illo tempore,
 et obediatur ipsorum iudicio, qui praesunt loco, quem
 Dominus elegerit, de summo Pontifice intelligendum esse
 et fratibus eius, id est S. R. E. Cardinalibus, qui ei
 iure Leuitico in executione sacerdotalis officij coadiutores
 existunt. Itaque et ab exordio Ecclesiae sicut et hodie Sum-
 mis Pontificibus in regenda gubernandaque Uniuersali Ecclē-
 sia assistebant. et ut ex Concilio Stephani Papae solliciti
 dicentis: Oportebat ut haec Sacrosancta Domina Roma-
 na Ecclesia, iuxta quod à B. Petro, et eius Successoribus in-
 stitutum est, ite ordinaretur, et in Apostolatus Cul-
 mine unus de Cardinalibus presbyteris, aut Diaconis
 Consecraretur, datur manifeste intellegi, hos fratres no-
 stros qui inter Cardinales locantur, tempore B. Petri existisse.

§. 5. In Confirmitate autem Niceni Concilij B. Silvester,
 qui cepit Ecclesiam regere Anno incarnationis Dni
 330. Vel circiter, in Synodo generali congregatis,
 praesidens, hos coadiutores suos nuncupauit Cardinales
 et magno admodum privilegio insigniuit, quali nullus
 Patriarcharum, Archiepiscoporum, et Episcopum in Canonibus
 habere reperitur, ut uidelicet sine plurima testium
 multitudine damnari non debeant. Hec sine myste-
 rio triplex Ordo in fratrum nostrorum Collegio à sanctis
 nostris

Papae coadiutores
 in Con. Niceno appel-
 lati sunt et abiq[ue]
 testium multitudine
 condemnari non
 ualent.

nostris prædecessoribus instituta est. Nam cum summus Ponti-
 fex uices dei gerat in terris, deuit quemadmodum Moysi præcep-
 ceptum fuit, ut omnia ad Exemplum facere, sicut ei ostensum
 erat in Monte, quod ad instar illius celestis Hierarchis
 in hac nostra Ecclesia res constituerentur Ordines assistentium
 Papæ, qui purgantium illuminantium, et perficientium præ-
 gerentur officio, Veluti sunt Diaconi, Presbyteri, et Episcopi
 Cardinales. Deuit etiam cum summus Pontifex (Christi
 repræsentet personam, ut quemadmodum Christo succedenti in
 terris assistebant Apostoli, ita etiam Cardinalium (scilicet Apo-
 stolicum repræsentans, coram Papa assisteret, reliqui uero Episcopi
 ubiq. diffusi, Apostolos repræsentant ad prædicandum per
 orbem missos.

Membra Pontificij
 nuncupantur; eosq.
 Effendentes crimini
 Lesæ maiestatis rei
 Iudicantur

§. 6. Ipsos præterea Cardinales prothonotarios, ac dignitatis emi-
 nentia, partem sui Corporis Summi Pontificis appellant.
 Ex quo sine ulla dubitatione ostenditur, pro capite Ecclesie
 quod est Papa contigua sui Corporis membra, qui sunt
 fratres eius Cardinales præceteris Ecclesie membris ac
 Patribus honorari debent, adeo quidem ut sacris Canonibus
 sanctum sit, eos qui in Cardinalem manus iniecerint,
 uolentis, aut fugauerint, aut insequuti fuerint, seu ad hoc
 dederint Consilium, uel fauorem, Crimini Lesæ Maiestatis
 reos, Maximis et multiplicibus penis esse plectendos, ac si
 ipsi Apostolici Throni uiolauerint maiestatem, quod in ipso
 qui Patriarchas, Archi-Episcopos, uel Episcopos offenderint, Sta-
 tutum minime reperitur, ut euidentes hinc liquet,
 tanto amplioris Censuræ dignitatem, quanto plures, seueri-
 oraq. illam offendentibus infliguntur pœnæ.

§. 7. Sunt etiam, et in signum preminentia ipsi fratres
nostri pro alijs Ecclesijs Probaty, et similiters cum
Legati de nostro latere destinantur, pro alijs Legaty multa
ac magna per sanones attributa privilegia, quod tibi nota
esse non dubitamus. Hinc etiam constat cur alatore
Apostolico mitti eis soly, et non alijs appropriatur
Legaty

⁴
Alijs preminentij
decorati sunt.

§. 8. Sed et ille nosseimus Constantinus Imperator, animaduer-
rens ad quam magnam, ac publicum Uniuersaly Ecclesiy officiu
ipsi fratres nostri usati essent, sic inquit. Volumus etiam
de inde sui Ordinis Reuerendissimos Cenicos S. R. E.
seruientes, singulo habere illud sanctum culmen potestis
et excellentis, cujus sanctissimus noster Senatus uideatur
gloria adornari, idest Patritios Consules fieri, quos
Certe Patritios, consules secundum leges, ut in summa
dignitate constitutos Imperatoris patres sibi elegit, et
loco patrum ase honorari affirmat.

⁵
Imperatoris Con-
stantius patris appella-
uit

§. 9. Quod uero hac dignitas tanto honore prae fulgeat
nec tas fraternitati, nec cupiam alteri molestum esse
debet, quoniam ut sancti attestantur Patres, omnes
Patriciales, Archiepiscopi, Episcopi, Cathedrales, aliasq
dignitates Romana fundauit Ecclesia, sicutq licuit
uni Ecclesiy amplam, alijs ampliozem, et alijs amplissimam
prout expedire iudicauit tradidit potestatem. Omnes
enim tamquam unius arboris rati ab una eadeq radice,
et ut diuersi aquarum riuuli ab essdem fonte prodire
sunt, sicut unus alio copiosior atq uberior. Itaq si
iustis excusis, et Spiritus sancti instinctu quodam
sedem regi sedendum est, Romana Ecclesia uenerabilis

Romana Ecclesia
Cardinalis
alii Illustrationem
C. H. H. H.

Cardinalium Cerum ad celestis hierarchia similitudinem
conditam, et tanquam sui Corporis partem his privile-
gijs, et honoribus illustrare decrevit, nec tua Ecclesia
cui per Apostolicam Sedem praefectus es, nec quicquam
alius Ecclesiarum gradus ab eodem Similiter Apostolico
throno originaliter institutus, quod omnia de ipsorum
fratrum nostrorum consilio acta sunt, ullam succen-
sendi, aut conquirendi causam habet, ne illud adduca-
mus Evangelicum Verbum. Amice non fatio tibi invidia
nam quid mihi non licet de meo facere quod volo? et sicut
tauis, ut privilegia Ecclesiarum tua ab hac sede concessis
alia deferant inferiori Ecclesiarum, ita eadem ratione
par est, ut ab eadem Sede huic Cerui instituto
ita similiter deferas et reuerentiam praestes.

7
Consuetudo Ecclesiarum §. 10. Mutum etiam mouere te debet diuturna per
Romanae et Universales Christianorum populum abique seruata consuetudo, quae etiam
ita obseruabit ab omnibus cetera decessent, ex quo tam uetusta est, ut eius ani-
mabilis regni aeterni.
mij memoria non extet infortunium, praesentibus
iure habenda foret, praesertim quando sciente, et appro-
bante Summo Pontifice, non quidem uno, sed est,
quod unquam habuit Ecclesia, id actum esse dignoscitur.
In omnibus enim nationibus, ac Regnis, et ut in Anglia
memorauimus hactenus, huiusmodi praedominantia car-
dinalibus delatus est honor, qui quidem non tam ipsis
quam nobis, cum hostia sint membra, attribui sensen-
dus est. Nec minus his Ecclesiarum Romanae consuetu-
do, quae caput, norma et magistra est reliquarum Ecclesi-
arum

avum, id ipsum tibi persuadeat, qua semper nullo uquam
contradicente in cunctis actibus, quibuscumq; Pedlatij
prækonovati sunt.

§. 11. Idem in antiquis generalibus Concilijs, præfer-
rim in duobus Lugdunensibus, in uno præsidente Inno-
centio Quarto, in altero Gregorio Decimo, quorum adhuc
Extant acta usitatum fuit. Sic et in his Synodis no-
stris nostra State celebratis de quibus etiam apud Re-
gnum Angliæ non pauci super sunt testes, observatum
esse palam est, absentibus etiam Summis Pontificibus
idem et nunc nobis, præsidentibus in hoc sacro Oecume-
nico Servatum Florentino Concilio.

8
Et in Concilio hoc
idem usitatum fuit

§. 12. His quoq; illud accedat, quod in sententijs, et
decretis tam huius Sanctæ sedis, quam generalium Con-
cilionum, cum de dignitatibus nominatum fit mentio,
illa clausula adijci solet, non obstantibus, si Cardinalis
latus, Patriarchali, Archiepiscopali, Episcopali, seu alia
quacumq; præfulgeat dignitate, per quod ex ordine
nominandi, quod sit maior Luculentius appareat.

9
Ex ordine nominandi
Card: atq; alios Ped
latos in sententijs, etc
dignoscatur.

§. 13. Nec casetur quisquam quod Ordo Episcopalis Præby-
terio maior sit, quoniam in eiusmodi prælationibus
officium ac dignitas, siue iudicatis præponderat
ordini. Quomodo iure cautum est, ut Archiepiscopus
diaconus non presbyter, sub Jurisdictionis obtentu,
et Archiepiscopo præferatur, simili modo Diacono
nec, uel subdiaconus, aliusque clericus noster,
aut alicuius Metropolitanæ Vicarius, seu locutarius
in Synodo

10
In prælationibus di-
gnitas Cardinalatus
præponderat, etiam
ubi non ut Cardinalis
Sed uti suam Ecclesi-
am prælati inter-
sunt.

in Synodo, et alibi, alios quocumq; ordine maiores
etiam Episcopos antecedit, propter illius jurisdictionem
quam exercet, et personam quam representat. Sic et
electus et Ecclesiam Cathedralen, et confirmatus, quam
quam nondum consecratus, ratione Jurisdictionis sanctij
in sua diocesi preeminet. Quis ergo iam dubitavit
eum qui talia iura, et Canones condidit, et talem alijs
tribuit potestatem, posse eandem cum vult, et maius
sem suis membris tribuere? Siquis forte obiecit pri
oris dignitatis potius esse rationem habendam, quam
Cardinalatus de nouo collati, cum in regis tractatibus,
et parlamentis, qui libet ut sub Ecclesijs prebatus,
non ut Cardinalis intersit. Huic objectioni euidenter
respondet ratio, nam eam persona sint Ecclesiastica
sicut statuta, et privilegia suorum Ecclesiarum in his
actibus seruant, multo magis Romana Ecclesia, cui
vinculo obedientia adstricti sunt, privilegia, et sta
tuta seruant tenentur. Quibus nec ipsae personae
Ecclesiasticae, nec alij quicumq; tanquam inferiores de
rogare quomodolibet possunt. Cum igitur viri Ecclesiastici
ad actus publicos, uel priuatos uocantur cum suis qua
litatibus, et prerogatiuis ab Ecclesia instituti admitti
debet. Nam et contra honestatem publicam, et uniuersa
salij Ecclesiae politiam, et in opprobrium Ecclesiasticae
disciplinae uergeret, si in quouis actu diaconus pro
Sacerdote, uel presbyter Episcopum, aut Episcopus Patriar
cham precederet. Præterea in Canonibus scriptum est
unumquemq; in Collegio, uel Capitulo iuxta sua receptio
nis

eis, tempus honorandum esse, et quod si postea aliquis
 admittatur presbyter, ceteris tempore anterioribus pro
 paratur, qui presbyteri non sunt. Quod si in post-
 ptis locum habet, eadem ratione in ijs qui prius, si qua
 denovo eis obueniat dignitas. Hoc enim rationi con-
 sentaneum est, ut dignitas minus dignum ad seruetur,
 et in apotentiori, et nobiliori denominetur. Quod in
 ijs Cardinalibus euidenter seruatur, qui licet certam
 Ecclesiarum dum ad Cardinalatum assumuntur Epopi sint.
 nihilominus eos non Epops, sed presbyteros S. R. E. Car-
 dinales, Sede Apostolica appellat. Qui nimis si eius
 priores Ecclesias in rit. dimittat, non amplius sub nomi-
 ne Ecclesiarum, sed tituli Cardinalatus scribit, quasi ad
 maiorem dignitatem, et iurisdictionem assumpserit, alio
 quin non ascensisse, sed descendisse, non honorari, seu
 de honorari uiderentur.

§. 14. Quis etiam non uideat Cardinalatus dignitatem
 Archi Epopi esse maiorem dignitate, quia cum illa pri-
 uate unius patriae profuit utilitati, ista publica totius
 populi Christiani. Illa unam dumtaxat regit Ecclesiam
 Ita cum Sede Apostolica uniuersas, et cum aenemine, nisi
 solo Papa iudicentur Cardinales, ipsi et Patriarchas, et
 Archi Epops, et reliquos Ecclesiarum gradus, cum Summo Pontifice
 iudicant. Quorum officio nomen ipsum consonat optime,
 nam sicut super Cardinem uoluitur spiritus domus, ita super
 hoc Sede Apostolica, totius Ecclesiae officium, querit et sub-
 stantatur.

§. 15. Nullum denique pro bona intentione proponit
 Romanum privilegium, quis enim alius huic iuri posituro
 et uniuersali Ecclesiae obseruantia, atq. Apostolice Con-
 celsioni praesertim quae Apostolice etroni, metroniq. eius

11
 Cardinales aua Papa
 et a alyo Pielatis
 illi uero a Cardinalibz
 iudicatur.

12
 Contraria consuetudo
 Abq. Sede Apostolica
 Affirm. no suffragantur.

cuius preminentiam conuenit, contrarium priuilegium dandi
 ullam omnino habet facultatem? Neque etiam consuetudine
 ulla tuam causam tueris. Quamquam si qua preterderetur
 preter Apostolicam Sedis consensum, et approbationem in
 efficax prorsus censenda esset, ut proxime de priuilegio
 dictum est, atque irrationabilis, quia per ea dignitas sacrum
 delectus Superiorum Magistratum, et rationem pariter
 in quolibet Reipublice statu. Nam iuxta Canones uniuersos
 non posset alia ratione subsistere, nisi eam huiusmodi
 magnus differentia Ordo seruaret Ecclesiasticus, quia Consi-
 deretur Ordo, si cuius sua dignitas non seruaretur, quoniam
 ut predictam est, ex frequentibus actibus 40. Anonum
 spatio unitatis, contraria potius in Regno Angliæ consuetudo
 firmata sit.

*Notandum huic Pontifici
 per Archiepiscopum
 Cantuariensem, ut predicti
 acti ac quiescat.*

§. 16. Hortamur itaque te uenerabilis pater, et uolumus,
 ut predictis rationibus, ac nostrorum Predecessorum ordinatio
 Ecclesiam uniuersalem obseruantiam penitus acquiescat,
 sicut prudentia, et deuotione quæ ad Romanam Ecclē-
 siam, et nos semper habuisti, te facturum speramus. In re-
 quis uero, siue tuam Ecclesiam, siue personam concernentibus
 quæ nec rationi, aut honestati derogent, pro magna, qua te
 omni tempore complexi sumus, ac compleximur caritate,
 nos semper propitios experiemus.

D. P. An. 8.

Dat. Florentiæ Pontificalus nostri Anno Octauo.

V.

Appellantes a Summo Romano Pontifice, ad futurum scilicet
 eorum Consiliarij, et factores, prius excommunicationis, et interdicti
 sine maiestatis diuine et humane subijciuntur.
 Hæc eadem prohibitio extenditur a Jul. II. inf. in eius Pont.
 22. Suscepti, et reperiuntur in Bulla Cælestini à Grego.
 XIII. in sua Const. 81. Consueuerunt. Hoc etiam seruauit
 S. D. N. Urb. VIII in Bulla Cælestini ut in Const. 62. Caput
 tom. 4. S. 2.

P. V. B. EPISCOPVS

edita. A. D. 1159

seruus seruorum Dei . ad futuram rei memoria
 Execrabili, et pristinis temporibus in auditu tempesta
 re nostra inoleuit abusus, ut Romano Pontifice, & Vicari
 Vicario (cui dictum est in persona beati Petri) Pasce oves meas
 Et, Quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum et in
 caelis, non nulli spiritu rebellionis imbuti, non sanioris
 cupiditate iudicij, sed commisi euasione peccati, ad
 primum concilium prouocari praesumant, quod quantum
 sacris canonibus aduerretur quantum Rei publicae
 standi noxium sit, quisquis non ignatus eius iniuriam
 intelligere potest. Namq. (ut alia praeterierimus, quae
 hinc corruptela manifestissime refragantur) quis non
 illud iudicium indicauerit, quod ad id appolletur
 quod nusquam est, neque scitur quando futurum sit?
 Pauperes a Potentioribus multipliciter opprimuntur
 remanent Impunita scelera, nutritur aduersus primam
 sedem rebellio, libertas delinquendi conceditur, et Omnis
 Ecclesiastica disciplina, et Hierarchicus Ordo confunditur.
 §. 2. Volentes igitur hoc pestiferum virus a Christi Ecclesia
 procul pellere, et omnium nobis committarum saluti conser
 uere, omnemq. materiam scandali, ab oculi nostri saluatoris
 auerere, de uenerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E.
 Cardinalium, Cunctorumq. Praelatorum, ac diuini, et huma
 ni iuris Interpretum, Cuiam sequentiu Consilio et asse
 su, ac certa nostra scientia, huius modi prouocationes
 damnamus, et tanquam erroneas ac detestabiles reprobanus
 Casus, et penitus annullantes, si quae hactenus taliter
 interpositae reperiantur, easq. tanquam inanes, ac pe
 stiferas, nullius momenti esse dicernimus, et decla
 mus. Praecipientes deinceps, ut nemo audeat quousq. quib
 sita Cloro,

Plurima omnium mala
 ab appellatione in
 reu posita. a. L. Pot.
 ad futurum Concilium

Hic Pot. eum
 damnat. et amia.
 datij Lape pro
 uocari prohibet

Colore, ab ordinationibus, sententijs, siue mandatis, quibuscumque nostris, ac successorum nostrorum, talem appellacionem interponere, aut interpositam per alium ad habere, seu eij quomodolibet uti.

Contraveniens, et
excommunicationis, et
interdicti, et criminis
Litterarum manifestis in
Fugit.

§. 3. Siquis autem contraxerit, adie publicationis presentium, in Cancellaria Apostolica, post duos menses, cuiuscumque status, gradus, Ordinis, Vel Conditionis fuerit, etiam si imperiali, Regali, vel Pontificali praeferat dignitate, ipso facto sententiam execrationis incurrat, a qua nisi per Romanum Pontificem, et in mortis articulo absolui non possit. Universitas vero siue Collegium, Ecclesiastico subiacet interdicto, et nihilominus tam Collegia, et Universitates, quam praedicta, et alia quaecumque personae, eas penus ac censuras incurrant, quas utriusque Maestatis, et haereticae pravitatis fautores incurvere dignoscuntur. Tabelliones in Super, ac testes, qui huiusmodi actibus interfuerint, et generaliter qui scienter Consilium, auxilium dederint, vel favorem talibus appellatibus, pari poena plectantur.

Sanctis penalis

Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostrorum voluntatis damnationis, reprobationis, cassationis, annullationis, despecti, declarationis, et mandati infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare presumpserit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, et Pauli Apostolorum eius, se noverit incursurum.

D. P. An. 2
18 Januarij

Lat. Mantus Anno Incarnationis Dominicae 1459. XV
Kal. Febr. Pont. nostri Anno 2.

X

Revocatio eorum, quae ipse Pontifex, in minoribus, existens scripserat pro Consilio Basilensi contra Eugenium IIII. De isto Consilio vide supra in d. Eugen. Const. n. n. magnae. fol.

Edita Ad. 1468.

PIVS EPISCOPVS
Servus servorum Dei, Dilecti filijs Rectori, et Universitati scilicet Colonensis, sal. et Apostol. benedicti.

In minoribus agentes, non Sacri Ordini initiati, cum Basiliensibus
inter eos uersavimus, qui se generale Concilium facere, et uni
versalem Ecclesiam representare aiebant, dialogorum quædam
libellum ad nos scripsimus, in quo de auctoritate Concilij
generalis, ac de gestis Basiliensium, et Eugenij Papæ
Contradictionem, ea probavimus, vel damnavimus, quæ proban-
da, vel damnanda censuimus, quantum sapiebamus, tantum
defendimus, aut oppugnavimus, nihil mentiti sumus, nihil
ad gratiam, nihil ad odium retulimus existimavimus
vere agere, et recta incedere uia: Nec mentij nostræ aliud
erat obiectum, quæ publica utilitas et amor veri. Sed
quis non errat mortalij? Sapientem inquit Philosophi
numquam errare, Verum est. At qui sapiens, nisi bonus?
quis bonus, nisi solus Deus? Omnes declinauerunt, simul
inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum, non est usq[ue]
ad unum, inquit Propheta Regius declinauimus et nos
ab utero matris, errauimus in iudicio, et non in Via:ambu-
lauimus in tenebris, et procul a uera luce recessimus, nec
nobis tantum errauimus, alios quoq[ue] in præcipitium tra-
xiimus et Cæcis ductum præbentes Cæci, cum illis in foras
irradimus. Forsitan et aliquos ex uobis Scripta nostra
deceperunt, et in deuia deduxerunt. quorum sanguinem
si de manibus nostris requisierit Dominus, non habemus
quod respondere possimus, nisi nos, ut homines, pecca-
uissse: qui adhibentes rectum inter ostendere, obliquè
monstrauimus. In misericordia tantum Dei spes nostra
sita est, quæ super omnia opera eius elucet. Sed
haud quamquam satis fuerit diuinam misericordiam
implorare, et dicere, Parce Dne, parce peccatis
nostris, nisi pro uiribus uulnera, quam diximus, Veri-
tate

Uideret in Cope Contes.

Edita A. D.

1478

Damnatio quarundam propositionum à Petro de Osma,
 & alijs venere predictarum, præsertim circa peccatum
 Confessionem, & alia Sanctæ R. E. sacramenta.

Sixtus (Quartus) Episcopus

Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Qui Archid. eorundem
 propositionum, Petrus
 eius sequacibus vocatis
 examinavit et habuit
 et habuit et habuit

§. 3. Post modum vero sicut accepimus præfatus ^{Archid.} ~~Alpho~~
 sus Archiepiscopus Toleranensis ad executionem dictarum
 litterarum, earum forma servata, vite procedens, dilectos fi-
 lios Petrum de Exxamo, & Petrum de Occanno, ac
 Petrum de Caloca, nec non dilectum de Petroano martinum
 quos Alphonsi de la Torre Magistrum, & Petrum Didaci
 de Costana, & Joannem de Quintana Paglia licentiatos
 in Theologia, nec non Tullium de Bixandia Toleranensem
 & Vascuno de Pitea de Talavera in eadem Ecclesia
 Archidiaconos, Marchionem, & Thomam de Evencia, &
 Joannem de medina decretorum doctores, ac Gasparum
 Ferrnandi de Alcalá in eisdem decretis licentiatum,
 & alios quam plures Magistros in Theologia, ac Doctores
 & licentiatos in eisdem decretis, alios quoque quam plu-
 rimos doctos & licentiatos literatos viros, & diversis
 regionum prædictorum locis, pariter & dilectum filium
 Petrum de Osma propositionum prædictarum aucto-
 rem, eius sequaces cum se ad suum Oppidum de
 Alcalá Toleranensis diocesis evocavit, & dicto Pe-
 tro de Osma, ac sequacibus minime comparentibus,
 debito tempore expectatis, matura super omnibus
 propositionibus prædictis deliberationes præha-
 bita

lita, et unanimi Consilio et assensu Magistrorum et Do-
